





EPITHALAMION

In Honorem Nuptiarum.

ORNATISSIMI ET DOCTISSIMI  
*Juvenis, Dn.*

JOHANNIS ER-  
NESTI VVAGNITII,  
nuptias celebrantis

cum

LECTISSIMA ET PUDICIS-  
*simâ Virgine*

AGNETE,

MAGNIFICI ET EXCELLEN-  
*tissimi Viri*

DN. JOHANNIS STURMII, JCTi.  
Cancellarij Anhaltini celebra-  
rimi filiâ.

*Scripta ab Amicis.*



SERVESTÆ, Typis Andreæ Bezelij,  
ANNO M. DC, XXXIV.

I.

**Q**uicquid & habes ERNESTE colisq; Camænas,  
O Lux VVagnitiæ non moritura domus,  
Grator, & ex animo talem tibi grator honorem,  
Quo Deus ex merito teq; tuosq; beat.  
Gratulor illuxit quod felicissima cælo  
Illa dies referans gaudia mille tibi.  
Quo tibi legitimo nunc fœdere jungitur AGNES,  
AGNES Virginei flosq; decusq; chori.  
STURMIUS ingenioq; potens & flumine linguæ  
Quam genuit, Phœbi gloria, juris honor.  
Fulget Anhaltinis oris qui sideris instar,  
Et divi Augusti quem Ducis aula colit.  
Quæ majora tibi contingere gaudia possint,  
Exhilarare animum quæ mage Sponse queant?  
Quam quod pulcra venit tibi pulchris moribus Uxor,  
Et tam præclaro quæ genitore fata est.  
Quid precer ergo tibi? fatis felicibus opto  
Legitimi carpas gaudia prima tori,  
Sponsaq; te casto semper veneretur amore,  
Quæ caro de carne est ædificata tua.  
Cornicum superate dies, & Nestoris annos,  
Sit sine lite torus, nec sine prole domus.  
Faxit id æterno qui numine cuncta gubernat,  
Et vestras jubeat pondus habere preces.

M. Isaac Gregorii, Reipublicæ  
Seyestanae Consule.

T.

**U**t vidi! ut Perij! clamat VVagnitius, error  
Quam dulcis mihi me surpuit atq; furor.  
Insolitos hausi formosæ Virginis ignes,  
Et totis venis flamma furorq; ruunt:  
Unam ardens animi sequar: Unius expeo amores:  
Unius in nivea fixus ero facie.  
Nec minus arcano consumitur igne medullas  
STURMIA, Virginei flosq; decusq; chori.

Quip;

Quippe novas experta faces, (neget id licet) ardet  
Urentem, & vultu Comparis immoritur.  
Certatim hos ignes gratantur Diis, Deaq;  
Cypria præ reliquis lata tropæa canit.  
Quid quaeso cunctaris Hymen, longumq; moraris?  
Quid iuvat hoc Cupidum præ prohibere toro?  
Huc ades! atq; novos faustis conjunge maritos  
Auspicio: Tempus jungier hosce jubet.  
Jam tandem advecta est astris volventibus hora,  
Gaudia quæ thalami dulcia percipiant  
Hesperus en rutilas ortâ sub nube sagittas  
Astra inter spargit, Cynthia utrosq; monet,  
Ut modo decerpant Genialis præmia lecti  
Gaudia, sollicitus quæ pavor haud rapiat.  
Ite ambo tandem quo vos vocat Hora Venusq;  
Concessa, amplexus, basia, mille jocos  
Certatim date; delicias conferte, lepores  
Risus blanditias latitiasq; date.  
Felix ô nimium felix hac Virgine Sponse,  
Felix ô nimium hoc Conjuge sponsa spes  
Vivite Concordes, archis quoq; neclite dextris  
Vincula: felices tempora transigite  
Vivite, facundam sobole exercete juventam,  
Ut senium quondam turba minuta levet.  
Sic Patria Natos, Patria properate nepotes.  
Pluraq; Conjugij commoda vos moneant  
Vultis plura? Deus vestris velit addere pondus  
Votis: Esto Meum, Vivite: Sta Calame.

Honoris & Amoris ergo

gratanti calamo

apponebat

Christianus Rühn / Berlin. Illmorum  
Prum Anhaltinor. p. t. Ephorus.

Allusiones ad Nomina.

Herr Wagnitz man von euch die gute post wil sagen/  
Das ihr ganz vnderzage im Sturm euch wollet Wagen/  
Viel Glücks man euch drauff wünscht: Wagt ihr euch nie  
Ich euch versicher/euch der Sturm nie rewen sol. (recht wol

Herr Wagnitz als ein Mann In Sturm sich heut wil Wagen/  
Den Nahmen: er drumb fährt; doch sol ich ihm eins sagen/  
Wers Wagt/ zwart offte gewint. Doch Wag ers nie zu sehr  
Im Sturm: er möchte sonst begehret werden mehr.

Frisch gewagt ist halb gewonnen/  
Mann im Teutschen Sprichwortsage,  
Drumb der Brutigam vnderzage  
Sich zu Wagn im Sturm besonnen:  
Wiedrig leufft die Schans: zur Beutte  
Stehet der Sturm/ und süsse Streite  
Eitel Fried und Fröligkeit/  
Auch wol lebendige Leute.

Cuno von Scherzhäusen.



Christians Rüst / Behn. Illmoir  
Pam. Anstaltner. p. c. Rphor.

Cl 1926

ULB Halle 3  
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift

Sb.


Paul Friedrich  
Buchbindereimeritor  
Merseburg a. S.

1017










**Farbkarte #13**  
**B.I.G.**



MION  
 Nuptiarum,  
 DOCTISSIMI  
 On.  
 NIS ER-  
 GNITII,  
 orantis  
 ET PUDICIS-  
 TE,  
 EXCELLEN-  
 Viri  
 TURMII, J Cti.  
 tini ceber-  
 ia.  
 Amicis.  
 s Andreae Bezelij,  
 C, XXXIV.